

Gerhard. Noodt, in Commentar. ad Digesta. Tit. de Legibus. pag. 25.^b
 verbis: Plane, etsi mala consuetudo, detecto errore non fa-
 ciat jus in futurum, non tamen iniquum fuerit, eam a poena ex-
 cusare in prateritum, Optime Seneca Lib. II. de Ira. Cap. IX.
 et X.

Die eigentlichen und sehr merkwürdige Worte aber des hier angeführten Seneca citat.
 loc. lauten folgendergestalt:

*Ne singulis irascaris, universis ignoscendum: Generi humano venia
 tribuenda est. &c. Hac conditione nati sumus, animalia obnoxia
 non paucioribus animi, quam corporis, morbis: Non quidem
 obtusa et tarda, sed acumine nostro male utentia, alter alteri vitio-
 rum exemplar. Quisque sequitur priores, male iter ingressos. Quidni
 habeant excusationem, cum publica via erraverint? In singulos
 severitas Imperatoris dstringitur: At venia necessaria est, ubi totus
 deseruit exercitus. Quid tollit iram sapientis? Turba peccantium.
 Intelligit, quam et iniquum sit et periculosum, irasci publico vitio. &c.
 Lento adjutorio opus est, contra mala continua et foecunda, non,
 ut desinant, sed ne vincant.*

welchem beystimmet

*Iust. Henr. Bæbmer. in differtatione, Halæ 1740. habita: de Prescriptio-
 ne contra Leges, maxime prohibitivas. §. V. pag. 9. sq. Quamvis,
 inquiens, Leges a Legislatore latae non subjaceant subditorum ar-
 bitrio, nec eis liberum sit, velintne se his submittere, nec ne?
 Quum hoc ipsum cum legum obligatione et statu subjectionis stare
 non possit. Certum tamen est, Legem pededentim tolli et mutari posse
 per usum subditorum contrarium et inveteratum, ut ex
 post facto, ob deficientem diuturnam observantiam, ejus auctoritas exare-
 scat, et obligatio ejus exstinguatur. Magnam enim auctoritatem con-
 suetudinis diuturnae esse, Leges ipsae agnoscunt, Iudicesque adstrin-
 gunt, ut judicent non tantum secundum Ius scriptum, sed etiam
 Consuetudines et mores Civitatum. Iam vero contrarius usus,
 qui Legi repugnat, consuetudinis vim habet, et tam diu vigorem obtinet,
 donec Lex pristina per novum Edictum in usum fuerit re-
 vocata.*

§. 16.

Eben dieses besaget so gar auch buchstäblich ipsa

Ⓔ

L. 2.